

vel paganum; illud iterum vel castrense vel quasi castrense hoc vero vel adventitium vel profectitium. (Bach. ad §. igitur. 1. I. per quas person. nob. acq. n. 2.)

D * Peculium **CASTRENSE** est, quod Imperatorum constitutionibus, in favorem armatae militiae, pleno jure à rationibus paternis est separatum, & comprehendit ea, quae filiofam. militi vel in militiam eunti, ratione & occasione militiae sunt acquisita. 11. 12. de Castr. pec. 1. C. eod. pr. 1. quib. non est permiff. fac. testam.

S Tale peculium acquirunt filii fam. milites vel in militiam euntes: 1. C. de castr. pec. 6. 11. h. retinent hoc missi: pr. 1. quib. non est permiff. facer. testam. 17. §. 1. 19. §. 2. de castr. pec. vid. 26. de testam. mil. (non etiam de novo acquirunt. 15. pr.) & qui se arrogandos praebent. 4. §. f. de castr. pec.

O Ad hoc peculium pertinent res mobiles & immobiles; 1. C. de castr. pec. 4. C. famil. ercisc. modo ratione militiae armatae sint acquisitae: 11. de castr. pec. e. g. in militiam eunti donatae res mobiles (non etiam immobiles, 1. C. de castr. pecul. 4. C. famil. herc.) d. L. 3. §. 4. de donat. int. vir. & ux. Bach. ad §. 1. I. per quas person. si heres instituatur propter cognitionem castrensem. 1. 4. C. de castr. pec. 5. 19. pr. d. 1. Res pecuniā castrensi empta vel permutata. 1. C. de cast. pec. **NON** etiam hereditas materna: &c. 1. C. de Castr. pec. 16. §. 1. d. 1. etiam si dixerint, quod hereditas debeat esse in peculio castrensi. 8. de Castrens. pec.

I * Filius fam. hic habet plenum dominium; 6. pr. C. de bon. qua lib. l. p. §. 2. C. de V. usufr. pr. 1. quib. non est permiff. facer. testam. mortuo patre non contert illud, d. pr. 1. §. 15. de Collat. Cz. p. 3. e. 11. d. 9. n. 2. & 3. suo nomine possidet. 17. §. 2. ad Municip. arg. 4. §. 1. de usurp. & usuc. ac liberè de illo, etiam sine patris consensu, 2. C. de Castr. pec. tam inter vivos, quam mortis causa disponit, d. l. 2. 4. §. 2. l. 5. 6. de castr. pec. 7. §. ult. de donat. pr. 1. quib. non est perm. fac. testam. tanquam paterfamilias, 2. ff. ad Sc. Maced. 6. §. f. de injust. rupt. & irr. fact. testam. cum ipso patre contrahit, 15. §. 1. & segg. de castr. pec. & in judicio agit, 4. ff. de Judic. Creditoribus non Castrensibus in subsidium deum ex hoc peculio satisfacit, 4. C. de Exec. rei jud. 7. de castr. pec. vid. l. 1. §. 9. de separat. salvo tamen competentiae beneficio. 6. 18. de re judic. Si minor sit, tum in litis casibus, quibus curatore indiget, pater hujus vices sustinet. arg. l. ult. pr. C. de curat. su. vis. f. §. 1. C. de bon. qua lib. Cz. l. 5. Rz. 84. n. 7.

* Pater hic * vivente filio, nihil juris habet: 10. de castr. d. pecul. 5. C. d. t. 6. pr. in. f. C. de bon. qua lib. 52. §. 2. de furt. 98. §. 3. de solut. pr. 1. quib. non est permiff. fac. test. nec potest diminuerè: pr. 1. quib. non est permiff. 12. 18. §. 1. d. t. (nec emancipationis praemio, 6. f. 3. C. de bon. qua lib.) neq; servitutem imponere: 18. §. 3. 5. de castr. pecul. aut invitus conveniri: 18. §. 4. d. t. neque agere sine cautione de rato. 18. §. f.

* intestato mortuo filiofam. jure veteri, e. pater id jure patriae potestatis, aequè ac profectitium peculium postliminii cujusdam similitudine occupabat. 1. 2. 9. 14. pr. & §. 1. l. 19. §. 3. de castr. pec. l. p. C. d. t. Jure novo desertur jure here.